C DOLOR abſq; hūore etiā accit auri ex vapore aliquo itercluſo. q̄re ſi in aure iſtius poſueris de pinguedine gruis vel anſeris vel ſturnelli: ⁊ dr̄ çarçur aut oleū camomellinū vel anhetinū qōcūq; eorū volueris vel habueris. credo q̄ liberabit̄ deo dāte. Et cū hoc rege eū ſubtili dieta abſtinēdo a carnib⁹. Et cura ꝓpria illius q̄ patit̄ tinnitū auriū: eſt remouere eū ab omni cibo multi nutrimēti ⁊ ſuperflue humiditatis. Et ciba eum cibis ſubtilibus ⁊ deſiccatiuis.

ℂ De grauedine auris. Cap. 3m.

HEC EGRITVDO accit auri ex humore gſſo ⁊ viſcoſo ibi exuberāte. Et cura ei⁹ eſt purgare corp⁹ mltoties cuz hierapigra: ⁊ ponē in aure oleū de lilio mixtū cū oleo de ſcannix. i. de nigella modice quātitatis ⁊ libabit̄ oīno. ℂ Et pt in hoc egritudo accidere ex mlta quātitate ſupfluitaṫ auris q̄ ibi ꝯgregat̄ ⁊ ꝯglutinat̄ ex negligētia patiētis in exhēdo ⁊ mūdificādo eā a loco. q̄re hāc egritudinē curare debes mūdificādo aurē a dcā ſupfluitate ponēdo ibi oleū amyg. amaꝝ: qm̄ purgat ⁊ abſtergit optime dictā ſupfluitatē exhēdo ipſaz: ⁊ eſt tutū ⁊ remotū ab omni piculo ⁊ nocumento.

ℂ De percuſſione auris. Cap. 4m.

DIFFICVLTAS auditus aurib⁹ ēt accit ex pcuſſiōe lapidis vel ſimiliū. Et cura hui⁹ eſt ſternutare cephalicaz incōtinenti: ⁊ diſtillare intus in aure ex oleo roſaceo tepido. Et ſi dicta difficultas auditus fuerit ex antiqua pcuſſiōe: tūc in eā diſtillabis oleuz liliacū vel anhetinū: vel de vehuen: vel de iaſcimino: vl' ō medullis oſſiū piſcoꝝ ex q̄cūq; qōcūq; hoꝝ iueneris: ⁊ ide curabit̄ cū adiutorio Dei. S; ſi ex pcuſſiōe fcā intus in aurē ſanguis emanauerit ipoſ'e eſſe dico difficultatez auditus remouere etiam ſi Gal. curare eam deberet.

D

ℂ De groſſitudine auris. Cap. 5m.

ET POSSIBILE eſt q̄ auris egreditur a naturali diſpoſitione in quantitate magnitudinis ex ſuperabundantia cibi ⁊ potus. Et cura huius egritudinis eſt ſubtiliare regimen ⁊ vngere locuz cum oleo roſito.

ℂ Tractat⁹ q̄ntus de egritudie naſi ꝯtinēs capl'a q̄tuor. E

ℂ De priuatione odoratus. Cap. pmū.

HEC EGRITVDO in naſo accidit p⁹ modus.
ex oppil'one facta in foramine oſſis: qō a medicis dr̄ colatoriū ⁊ illud foramē ē tortuoſuz ⁊ ſbtile in vltio: ita q̄ oc'lis pcipi nō pt. Et cura hui⁹ ē odorare nigellā vel acetum. ⁊ hoc ſm̄ q̄ cognoueris cōuenire ab etate cōpl'one ⁊ tpe. ℂ Et pt ēt accidē ab aṗate fcō in pāniculo ibi exiſte: ⁊ in illo ēt pāniculo ē foramē ſbtiliſſimū qō ſenſui viſus penit⁹ occultat̄: ſ; ab itellectu teſtificat̄ q̄ ibi oīno eſſe d;: ⁊ gn̄at̄ in hoc pāniculo aṗa ſicut in alijs pānicul'. ⁊ efficit̄ hoc aṗa ex ſupfluitate flatica dſcēdēte a catarro q̄ ibi retinet̄ ⁊ ꝯgregat̄: ⁊ ide dcm̄ aṗa ꝑcreat̄: q̄re ſcire debes q̄ qn̄ priuatio odoratus ab aṗate efficit̄ nihil oīno de ſenſu odorat⁹ remanere reperit̄. Un̄ tales egēt regimie lōgo ſubtiliādo coꝝ dietā: ⁊ vtēdo medicis q̄ hn̄t ſubtiliare ⁊ icidere dcm̄ hūorē: ſicut eſt oximel cōpoſitū ſcm̄ cū paſſulis: vl' cū ireos: ⁊ nō odorēt oīno odores acutos: ſicut ſcaunix q̄ nigella dr̄: ſ; odorare debēt flores de iaſſemin: vel de narciſco: eo q̄ habe cōuenietiores eē dn̄r in hac egritudie: ⁊ ſūt ō baſilica flōmādi. ⁊ non remouet̄ h̄ egritudo ſeu oppil'o ꝓ maiori pte niſi ex narib⁹ exierit ſanies cuz ſanguie mixta: qm̄ nā iſti⁹ mēbri ē nō poſſe termiare ſaniē ad albedinē pfectā. Et ſic ꝯtinuādo oīa q̄ dixim⁹ libabit̄ deo dāte. ℂ Et h̄ ēt nocumētū accidere pt ex flate qō aſſimilat̄ flati aquoſo qō diſtillat ex narib⁹. Et ē ſine aṗate ⁊ oppil'one foraminis p̄dci oſſis: ſ; tegit̄ foramē p̄dcm̄ a p̄dcō hūore: q̄re dicta ꝑcreat̄ egritudo. Et cura hui⁹ leuis exiſtit: qm̄ fit ſolum diſtillando in naribus oleum dulciū amygdalarū.

Cura.
2⁹ modus.
Cura.
F
3⁹ modus.

ℂ De fetore narium. Cap. 2m.

HEC EGRITVDO naribus ꝑcreat̄ ex humore putrido ꝯgregato ⁊ retēto ibidē. q̄re ipoſ'e eſt fetorez remoueri donec humor p̄dict⁹ totalr expellat̄. Et nō accidit hec egritudo ꝓ maiori parte niſi habētibus naſum ſinuz: quoꝝ nares ſuperius arcte exiſtunt: ſed alibi hec latius declarabo. Cura quidez huius eſt diſtillare in nares aquā infuſionis centauree aſſidue ⁊ curabitur inde nutu Dei.

G
Fetor narū nō accidit niſi hn̄tib⁹ naſum ſinū ⁊ ſupius ſtrictū.

ℂ De excoriatione ⁊ ſcabie que fit in naribus. Cap. 3m.

RATIONABILITER hec egritudo naribus h; ſuperuenire: eo q̄ ſunt trāſitus ⁊ via ſuperfluitatū. Sed in hoc loco curā eius ponere nō intēdo: intēdens eā reſeruare donec tractabo de cura excoriationis in vniuerſali ⁊ ſcabiei.

ℂ De polypo qō mltoties vl' q̄ mltiplex noīat̄. Cap. 4m.

MVLTOTIES hec egritudo narib⁹ accidit ex humore mel'co qui ꝓfundatur itus in carne naſi ⁊ ibidē inuiſcatur. ℂ Et curatur h̄ egritudo bibendo aſſidue ſquinçabin de melle plurib⁹ diebus. Et eūa corpus ſeu purga cū iſto medicamine qō tibi dico. qō ℞. aloes ſuccotrini: agarici: turbit: ſalis ⁊ alkali. aā. auř. j. collo q̄ntide: ⁊ nigelle recētis: epithimi cōfecti cū ſpecieb⁹ ⁊ violarū. aā. q̄rtā ptē auř. j. amyg. dulciū excorticatarū ad pondus omniū cū quarta pte ipſoꝝ ex gūma arabica ⁊ piſtent̄ oīa pfecte: ⁊ miſceant̄ cuz ſyrupo ſquinçabin. ⁊ doſis huius eſt pondus. v. auř. cū ciato vno aq̄ deco. modici halaſce cū octaua pte auř. j. ex diagridio. ⁊ tantūdē maſticis. Et ſi nō fuerit ꝯuenieter purgatus ex dicta doſi. ꝓpinabis ei aureū vnū de codē ſeruādo optime abſtinētiā: ſic ꝯuenit i laxatiuis. Et ciba eū pane optie fermētato: ⁊ turturib⁹ ⁊ auib⁹ puis ꝯditis cū aq̄ ⁊ ſale ⁊ modico olei⁹ ⁊ aceti ⁊ coriandri. Et ꝓpinabis ēt ei acetoſa: ⁊ blete ſilr decocte cuz carne caſtratina: ⁊ ſine carne ⁊ modico olei ⁊ aceti ſunt ei conuenientia. Et narib⁹ iponens liciniū infuſum in melle ⁊ aceto ſimul: et

Cura.
H
Regimen.

I fcã purgatiõe ꝓdcã ⁊ põne ꝓdicti liciniũ diſtillabis in na-
res ſuccũ õ ſcabaich anabamã: ⁊ ẽ roſa q̃ in frumẽto na
ſcit in cãpis: vel ſuccũ blete ⁊ vtat̃ his donec liberetur.

¶ Incipit trac. 6⁹ de egritudinib⁹ oris ↄtinẽs cap̃l'a octo.

¶ De diminutione ⁊ corruptione ſenſus ⁊ ſaporis lingue. Cap̃. ꝑmũ.

HEC EGRITVDO principal'r eue nit a comeſtione rerũ ſuperflue ſalitarũ ⁊ acetoſarũ ⁊ acutarum in vltimo. Et cura huius eſt abſtinere a predictis.

¶ De apate ſeu iflatione lingue. Cap̃. 2ᵐ.

ACCIDIT etiã in lingua apa abſq; dolore: qḋ ſi vis apa ipſiũ potes noiare. ⁊ ſi nõ: noiabis inflationẽ egredientẽ a natura. ⁊ ꝓpter hoc retinetur lingua ⁊ ĩpeditur in tm̃ q̃ minime loqui põt ↄue-
K nĩẽter abſq; difficultate. ⁊ cũ hoc nõ mutat̃ ſeu alteratur color ipſius lingue aliquo mõ. Et he ſunt egritudines q̃ ligue maxime appropriant̃. ¶ Et cura huius eſt tenere in ore ⁊ cõducẽdo ꝑ ipm̃ rẽ q̃ lingua dura noiat̃: ⁊ in arabico dr̃ hanalnathaga: diſtẽperata cũ oleo roſa. ⁊ cibus eius ſubtilis ſit ⁊ leuis: ⁊ non pigreſcat oĩno in cura ſui.

¶ De duricie ⁊ difficultate motus lingue. Cap̃. 3ᵐ.

LINGVE etiam accidit diminutio ⁊ difficultas motus ⁊ ſenſus ꝓpter nocumentũ proueniens in radice ſenſuũ ipſius. aut ꝓpter nocumẽtũ vel egritudinẽ exiſtentẽ in mẽbro: in quo ſenſus ⁊ motus ipſius ligue h; 'euenire. ¶ Et cura huius eſt cura quã diximus in curatione vl'i de diminutiõe ſenſus totius corporis: ⁊ relaxatione ipſius: ⁊ medicamẽ ꝓpriũ ⁊ princi-
L pale ipſius lingue eſt maſticare piretrũ ⁊ ſtaphiſagriam ante cibũ: ⁊ ducat per os oleũ ex cortice citri: ⁊ totũ hoc declarabo in ſuo loco deo cõcedẽte. ¶ Et hec egritudo .ſ. difficultas: ⁊ diminutio nõ accidit lingue ꝓ maiori pte: niſi ex toto priuetur. Et hoc accidit ꝓpter infuſionẽ humiditatum venientium a cerebro in neruis ipſius.

Difficl'tas mot⁹ ligue ñ accit̃ niſi ex toto lingua priuet̃ ſic ⁊ ſenſus diminutio

¶ De apatibus amygdalarũ gule. Cap̃. 4ᵐ.

GENERANTVR aũt h̃ apata in amygdal' gule exiſtibus ꝓpe epiglotim. Quare ſi ſuſpẽderis aſam fetidã collis iſtoꝝ remouebit̃ eoꝝ egritudo nutu dei: flõmãdo eos tñ prius ex cephalica: ⁊ ſubtiliãdo tal'r eoꝝ regimẽ ſicut tibi videbitur conuenire. Agendo ſil'r circa humorẽ effuſum in loco ſm̃ naturã ipſius humoris: prout tibi melius videbitur exigere.

¶ De bothor. Cap̃. 5ᵐ.

BOTHOR etiam accidit in ore: ⁊ ſunt puſtule parue ⁊ rubee cũ excoriatione: ſicut ⁊ in alijs mẽbris euenire conſueuerunt. Et cura huius eſt vt accipias ex nucibus recentibus: ⁊ teneris cũ corticibus ſuis: ⁊ piſtent̃ optime: ⁊ bulliant̃ in aqua ⁊ colluatur os multoties cũ eadem: ⁊ mora ⁊ vinum eoꝝ decoctũ ſunt ſimiliter medicina appropriata in hoc caſu.

Bothor ſt puſt'le ꝑue rubee cu; excoriatione ⁊ alcola ſine excoriatiõe: vt īfra tra. 7. c. 2. ß auic. ſexta tertij c. 22. ⁊. 23. ⁊ 3°. c. c. 6. ſñ l'ris fff. ⁊ ⁊. ggg. ⁊. c. 7. volũt alcola eẽ cũ excoriatione ⁊ bothõ ſiñ ea ⁊ ita bothor a põ h̃uc ẽ alcola: apud alios ⁊ alcola apud iſtñ eſt bothor apud alios.

¶ De conquaſſatione dentium. Cap̃. 6ᵐ.

CONQVASSANTVR dentes ⁊ perforantur ⁊ denigrantur. Et hoc eis accidit pro maiori parte ab humore flegmatico. Et cura hoꝝ eſt ꝑmo flõmare baſilicã: ⁊ hec ẽ cura ꝑncipal' in hoc caſu: ⁊ poſtmodũ flõmare venas q̃ ſunt ſub lingua. Et colluat̃ os cũ decoc. radicis halk: ⁊ radicis ſparagi: quarũ ꝑtes ſint eq̃les. ⁊ ſi tẽpus fuerit hiemale: ⁊ eger ſenex extiterit: abluat̃ os ⁊ gargariſmũ faciat cum alkitrã ſubtili: ⁊ fricare facias dẽtes illoꝝ cũ iſto puluere q h; dẽtes confortare ⁊ abſtergere ⁊ dealbare. cuius hec eſt receptio. ℞. ex humiditate ſeu gũma: q̃ exit ex medulla ſeu corde arboris dactiloꝝ facta ſciſſura ſeu iciſione in ſuo cortice: ⁊ cõburat̃: ⁊ ex iſta cõbuſta. ℞. ℥. ij. ireos etiã q̃rtã. ℥. j. zuccari ad põdus oium: ⁊ fiat puluis terẽdo qḋlibet ꝑ ſe: ⁊ cribellãdo ſubtiliſſime: ⁊ fricent̃ dẽtes cũ iſto ante cibũ: ⁊ abluat̃ os cũ aqua tepida: ⁊ abſtineat omnino a comeſtione ⁊ potu eoꝝ q̃ ſunt cal'a actu ſuperflue vel frida.

N

¶ De perforatione dentium. Cap̃. 7ᵐ.

DENTIBVS etiã euenit perforatio. ⁊ iã diximus id qḋ h; nocumẽtũ remouere: ⁊ eſt alachic .i. corniola: qm̃ ſi facto puluere ſubtili ex ipſa et fricatione dẽtiũ ex eadẽ in ꝑncipio gñationis foraminis exerceat̃. poterit dcm̃ nocumẽtũ remouere. S; ſi ꝑforatio ⁊ corroſio ↄfirmata fuerit: ⁊ de ſuba dẽtis deperdita fuerit. nihil in remouẽdo egritudinẽ cõferre videbit̃: ſed ſolum conſeruabit ne vlterius ꝑforatio ⁊ corroſio fiat.

Nõ inue[...] niſi de ſ[...] ragdo. [...] tñ 5° col[...] get. 55.

¶ De ſtupore vel alligatiõe vel ↄgelatiõe dẽtiũ. Cap̃. 8ᵐ.

DENTIBVS accidit hoc nocumentũ ex comeſtione acruminũ. Et probatũ eſt experiẽtia q̃ comedere fructus hñtes ſtipticitatẽ vel vnctuoſitatẽ vel viſcoſitatẽ ↄferũt in hoc caſu. ⁊ hec alligatio dẽtib⁹ ꝓprie accidere reperit̃. Lſenſus iſtius alligatio ſtupor vel cõgelatio: qḋ nulli alij mẽbro eſſe reperit̃.

O

¶ Et firmauert etiã q̃ comedere portulacã ſil'r h; hoc nocumẽtũ remouere: ⁊ a 'me magis cõmẽdaret̃ hoc remouere ſi fieri põt cũ aliqua alia re nõ hñte acetoſitatẽ: q; cum portulaca vel ei ſimili ꝑꝑ ſui acetoſitatẽ. ¶ Et ſi vſus fuerit aliqs fricatione dentiũ multoties cum dulcibus nõ cõgelabunt̃ dẽtes de leui ab oibus acetoſis.

Cura.

¶ Trac. 7⁹. de egritudib⁹ labioꝝ ⁊ oris: ↄtinẽs cap̃l'a. vj.

¶ De ſciſſuris labiorum. Cap̃. ꝑmũ.

ET ACCIDIT labijs hoc nocumẽtum pluſq; oibus alijs mẽbris: ⁊ hoc ꝑꝑ humorem malũ exñtẽ in ſtõcho ⁊ generatũ a comeſtiõe ceparu;. Et h̃ hũor ex ſui nã calidus groſſus ⁊ putridus exiſtit. q̃re ex eo aſcẽdũt vapores ⁊ fumoſitates ad ſupiora. vñ dicte ſciſſure ꝑcreant̃. ¶ Cõſulimus q̃ talib⁹ ſyrupũ ſgnçab. in de melle dari: ⁊ labẽ ẽt ip; diebus m'l'tis. ⁊ deide eos purgari cũ hierapigra multis vicib⁹: ⁊ ſic liberabunt̃ nutu dei. Et ſit ↄtẽr⁹õ purgatiõe facta ex hierapigra: eo q̃ oia laxatiua q̃ hñt violẽter ⁊ ipetuoſe laxare trahũt hũores a toto corpe ad ſtõm: ⁊ purgãt totũ corp⁹ ſtõ repleto manẽte. Et cũ hoc ẽt tal' medicina h; totũ corp⁹ deſiccare. q̃re hũor malus in ſuba ſtõi ibibit⁹ h; remanẽ. ⁊ ꝑꝑ h̃ ab antiqs electa ẽ hierapigra in purgatiõe ſtõi pre oib⁹ laxatiuis ſuãdo abſtinẽtiã: ſic ſit multoties in alijs laxatiuis. Et vnge labia multoties cum oleo amygdalarũ dulciũ: ⁊ liberabitur deo dante.

P

La⁹ hie[...] pigre [...] 13ª tert[...] trac. 1. [...] ⁊ 5° ca[...] nis 5° [...] trac. 2.

¶ De alcola. Cap̃. 2ᵐ.

ALCOLA aũt ſunt puſtule ꝑue pũgitiue q̃ intus in ore oriunt̃. cura harũ eſt tenere in ore oleu; pinearũ recentiũ: ⁊ remouet̃ etiã hec egritudo cu; omni medicina ſtiptica abſq; mordicatione.

Uide [...] trac. 6. [...]

Q

¶ De nigredine lingue. Cap̃. 3ᵐ.

DENIGRATVR ligua ⁊ ſcidit̃ i febrib⁹ acutis ꝓpter acuitatẽ cõpl'onis epatis. Et cura huius ẽ curatio febris madefaciẽdo liguã m'l'toties cũ aq̃ ro. in q̃ infuſa ſint ſemĩa cydonioꝝ diu: ⁊ ſic curat̃.

¶ De fetore oris. Cap̃. 4ᵐ.

HEC QVIDEM egritudo gñat̃ ex humore corrupto exñte in ſtõ vel circa dẽtes. Et cura huius eſt mũdificare ſtõm cũ hierapi. ⁊ fricare dentes cu; cortice arbo. nucis: ⁊ abluẽ os cu; dco. coriãdri.

¶ De tortura oris. Cap̃. 5ᵐ.

ISTA egritudo in arabico dr̃ lachoa: ⁊ ẽ relaxatio facta in vna ptiũ faciei: q̃ ꝑs t relaxata ſana viſui eſſe vr̃: cu; ſit: ſed relaxat̃ pars infirma: ⁊ fac̃ ſanam tortam apparere. Cuius cura; memorabor cũ tractabo de curis relaxationũ mẽbroꝝ. Hic aũt intendo ponere cura; propriã iſtius. Et eſt euacuare ſeu mundificare os et et membra ei adiacentia maſticando grana de rehan: ⁊ poſt abluere os cum oleo corticis citri. Sed remouere

Ipars [...] ta ẽ ſa[...] recta i[...] idẽ hal[...] 6° theo[...] ⁊ 9° ci[...] c. 8. ß r[...] oppo. [...] vi dini[...] li°. ca. 1[...] ꝑ. c. c. 5[...] 9. col. [...] fo. 10. [...] ꝑ° ⁊ A[...] terty. c[...] cũ Ra[...] tit ap[...] nẽs r[...] duas [...] 4° col[...]

A

eãm ⁊ radiceꝫ egritudinis eſt res vl'is toti corpi. Et hoc diſſir⁹ ſuꝫ cũ tractabo ð purgatiõe toti⁹ corpis in cap'lo de diminutiõe ſenſus ⁊ relaxatione vl'i oium mẽbrorũ: ſi deus voluerit. ⁊ nobis ad illud conceſſerit deuenire.

¶ De corroſione labiorum. Cap. 6.

CORRODVNTVR ẽt labia ſic alia mẽbra aliqñ corrodi ꝯſueuerũt. q̃re ipſi⁹ curã poſtpono donec tractabo de cura vl'i oiuꝫ corroſionũ toti⁹ corpis ⁊ oiuꝫ cãp eaꝝ. ¶ Hucuſqꝫ igr̃ breuiter ⁊ ſufficiẽter ptrãſiuim⁹ ð egritudinib⁹ ⁊ eaꝝ curis oiuꝫ mẽbroꝝ capitis: remanet nobis ſolũ ð paſſiõib⁹ oc'loꝝ ðterminare qb⁹ cõpletis cõplebiť ſmo oiuꝫ capitis paſſionũ.

Sciaſq ex h cõpꝛehẽdit q non⁹ trac. ðbuit eſſe q̃rt⁹ in ordine.

¶ Tractatus octauus de egritudinibus oculoꝝ que ſunt multe: ⁊ eſt continens capitula trigintatria.

¶ De balabol ⁊ eſt vt res vna videatur due. Cap. pmũ.

B

SCIAS q oculis accĩtia multa ſeu egritudines multe euenire pñt: ex qbus vna eſt balabol. cui⁹ due ſunt ſpẽs. vna ẽ in neruo carnoſo occulto q̃ gñať pp groſſaꝫ cõplo'nẽ patiẽtis. ⁊ pt ẽt accidere pp groſſam mãm ibi fixã ⁊ ꝯgregatã. Cura huius eſt poſt purgationẽ ſi paſſio nõ fuerit iueterata inyceꝛe i oculũ ex oleo roſato. Aut ptes duas recipias ð eodẽ. ſ. oleo roſato: ⁊ tertiã ſð anhetino: ⁊ miſce ſil'. ⁊ diſtilla in oculũ vice poſt vicẽ donec liberẽ.

¶ De inuerſatione palpebrarum. Cap. 2m.

ACCIDIT etiã oculis vt palpebꝛe inferiores iuerſenť: in tm̃ vt rubedo in loco illo non modica videať. Et h egritudo generať ex groſſitudie materiei ſi qua intus in palpebꝛis oriť. Et põt etiã ex ſiccitate exuberante in loco euenire: ſed hoc raro accidere reperiť. Et cura illi⁹ q̃ ex groſſitudine materiei generať: ẽ cura quã ſcripſimus de balabol. ſ. diſtillatio in oculum olei ro. vel roſacei ⁊ anhetini ſil'. queadmoduꝫ diximus. Sed q̃ ex ſiccitate oritur: vix aut nunq̃ꝫ curari poteſt.

C

¶ De puſtulis ⁊ exituris ⁊ inflatiõe palpebrarũ. Cap. 3m.

Quatuoꝛ ſpẽs puſtularum.

PALPEBRIS etiã accidũt oculoꝝ puſtule aliquãdo ⁊ ſunt ex humoꝛe peſſimo. quarũ ſpẽs ſunt q̃tuoꝛ. Una eſt ex humoꝛe q melli aſſimilať. Alia ex humoꝛe eſt q lacti ſimilis exiſtit. Tertia ex humoꝛe q pultib⁹ farine ſimilis eſſe vr̃. Et q̃rta ex humoꝛe qui lacti coagulato aſſimilať. ¶ Et igroſſanť etiã palpebꝛe ſupioꝛes pter naturã. ⁊ hoc accidit ex humoꝛe viſcoſo coagulato ſimili lacti coagulato. ¶ Et oriť etiã aliqñ intus in palpebꝛis egritudo q̃ halbarda in arabico nominať ⁊ ſunt grana q̃ grãdini aſſimilanť. ¶ Et pt ſil'r eis ſcabies ſupuenire: ⁊ ꝯglutinatio ẽt palpebꝛaꝝ adinuicẽ: ⁊ duricies lapidoſa. ¶ Et cura puſtulaꝝ eſt vt cibeť patiẽs ſubtil'r: ⁊ purgetur multoties cũ hierapigra: ⁊ pone ſup puſtulã peciã vnã charobarũ recentiũ mutãdo eam oi die ſemel: ⁊ ſic liberabiť deo dãte. ⁊ h cura ꝯueniẽtioꝛ eẽ vr̃ q̃ꝫ illa q̃ fit cũ inciſione ex ferro vel ſeta ſeu aliquo pilo. Sed extrahere hãc puſtulã cũ pẽna alicui⁹ auis ſic alie puſtule extrahi ꝯſueuerũt a me indicať incõueniẽs.

Cura puſtulaꝝ palpebꝛaruꝫ.

D

¶ Et he puſtule in oc'lis gñanť ſic ⁊ in alijs mẽbꝛis oriri ꝯſueuerũt. Sꝫ qñ accidũt oc'lis: graues ⁊ piculoſas valde eas eẽ indicam⁹ cũ ſit mẽbꝛũ ſbtile ⁊ ðlicatũ pꝛe ceteris mẽbꝛis. Et cura haꝝ ẽ purgare aſſidue corp⁹ cũ laxatiuis ꝯueniẽtib⁹ vnicuiqꝫ ſpẽi: ⁊ vngẽ locũ cũ oleo ro. fcõ cũ ol'o amyg. dul. Et ſi ſic ñ liberať chirurgia idiget: q̃re ſi pfect⁹ erit chirolog⁹ optie eas poterit remouere. ¶ Et cura igroſſatiõis palpebꝛaꝝ pter nãꝫ ẽ epithimare ipſas cũ reb⁹ ſtipticis ſbtilib⁹ ꝯfortãtib⁹: ſic ſũt roſe recẽtes pp nobilitatẽ oculi. Et ẽt vngere ipſas cũ oleo ro. qð fcm̃ ſit cũ oleo amyg. dulciũ. Sꝫ ſi igroſſatio pdcã fuerit ex humoꝛe cholrico acuto: nullo mõ tũc eas vngere ðbes oleo aliquo. phibitũ. n. eſt in oi mẽbꝛo vbi cholera dominať. Sed epithima eas cũ folijs roſarũ recẽtib⁹ cõquaſſatis.

Cura puſtulaꝝ oculoꝝ.

Cura īgroſſatiõis palpebꝛarũ.

Vidẽ ſupꝛa trac. 1. c. 7.

⁊ ſi nõ poſſes hẽe de recẽtib⁹ fac cum roſis ſiccis mixtis cũ aqua ro. ¶ Et inflatio ſupioꝝ palpebꝛarũ a medicis ſcarnahe noiari ꝯſueuit. ⁊ cura eius vl'is eſt purgare coꝛpus cũ hierapigra ⁊ collogntida donec alleuieť egritudo: ⁊ rege cũ regimine ſubtili ⁊ deſiccatiuo. ſed in remotione eius cum ferro mihi valde timoꝛoſum exiſtit.

E

Cura iſlationis palpebꝛaruꝫ.

¶ De ſcabie oculoꝝ ⁊ granulis. Cap. 4m.

PALPEBRIS etiã intrinſecis oculoꝝ accidũt granula ⁊ ſcabies. Que granula dura ſunt vt lapides. ⁊ etiã ſcabies aliquãdo valde dura eſſe reperitur. ⁊ q̃dã aliquãdo minus dura. ⁊ ðterioꝛ oibus eſt illa q̃ coꝛticib⁹ ficuũ ſimilať: ⁊ eſt inuiſcata ⁊ cõglutinata intus in palpebꝛis. ⁊ granuloſa qdẽ gñata eſt ex humoꝛe groſſo duro cõpacto ⁊ in palpebꝛis inuiſcato. ¶ Cuius cura eſt ſbtiliare regimẽ ipſi⁹. ⁊ ex cibis magis laudatis in hoc caſu ſunt aues que pparate cuꝫ almuri ⁊ acetoꝛ ⁊ ðcocte cũ aq̃ oleo ⁊ ſale: ⁊ turtures ẽt vtiles exñt: ex oleribus⁹ bletę cõmẽdanť: ⁊ vngať loc⁹ aſſidue cũ oleo roſato fcõ cũ oleo amygdalaꝝ. Et ſi egritudo grauis fcã extiterit pp iſenſibilitatẽ ei⁹ a pñ⁹: aut ex negligẽtia curatiõis euſdẽ: tũc chirurgicus ſcindẽdo vl' aperiẽdo cutiꝫ extirpãdo ipſa granula vel ſcabiẽ exteri⁹ curare dꝫ. Et neccẽ ẽ oino vt chirurgi pitiſſimi atqꝫ docti pꝛe ceteris exiſtãt in anathomia mẽbꝛoꝝ: ⁊ in cognoſcẽdo vtilitatẽ ſeu iuuamẽtũ cuiuſqꝫ eoꝝ ⁊ nũeroꝝ eoꝝ: ⁊ ſuã põnẽ ⁊ ſitũ. ad hoc vt i errorẽ minime cadere poſſint.

Cura granuloꝛum.

F

¶ Cura qdẽ ſcabiei eſt. p corpus purgare totũ poſt digõneꝫ hũoꝛis factã cũ digeſtiuis ⁊ iciſiuis. ⁊ qð magis a nobis cõmẽdať ẽ ſyrupus ſquinçabin fact⁹ cũ paſſulis enucleatꝭ ⁊ ſeminib⁹ vtericę: ⁊ ciba cũ pullis. Et ſi idigueris frica ſcabiẽ cũ zuccharo duro valde. ⁊ fcã fricatiõe ⁊ abraſione: pone ðſup aquã roſatã in q̃ ſteterit ſemĩa cydonioꝝ: quouſqꝫ ab inuiſcatiõe fuerit iſpiſſata: poſtq̃ꝫ fuerit collata. Et ſic agere debes plus ⁊ minus ſm̃ fortitudinẽ ⁊ ðbilitatẽ ſcabiei.

Cura ſcabiei.

¶ Sed ſi lapidea fuerit. hoc ẽ granuloſa ad modũ grãdinis: cũ difficultate diſſoluiť. Et in hac intẽdere debes ipſuꝫ regẽdo cũ regimie ſubtiliatiuo ⁊ deſiccatiuo: ⁊ purgando corp⁹ cũ eo qð cõuenit. ⁊ ſi nõ ſufficit cura iſta: ad chirurgiam redi: vt ſcilicet cum ferro extrahatur.

Cura ſcabiei lapidoſe.

G

¶ De coniunctione ſeu ſigillatione palpebꝛarũ. Cap. 5.

QVANDOQVE ſigillanť palpebꝛe et cõiunguť adinuicẽ. Cura huius eſt leuis: ⁊ fit ſeparãdo palpebꝛas ſeu diuidẽdo vnaꝫ ab alia manu: vel incidẽdo iter ipſas cũ vga aurea fcã ad modũ cultelli: ⁊ fcã inciſiõe pone ſup ipſas vel itus albumẽ oui ꝯquaſſatũ cũ oleo ro. facto cũ oleo amygd. Et nullus medicoꝝ pter Hal. de hoc oleo roſa. fcõ cũ oleo amyg. mẽtionẽ aliquã facit: ſed cũ ſim expꝛetus ipſum cognoſco: ⁊ ſuã vtilitateꝫ pluries iam pbaui.

Cura ſmi modi.

Oleum amygdalinũ roſatũ.

¶ Sꝫ qñ palpebꝛa in angulo lachꝛymali albugini oculi ꝯiugiť: tũc cura difficilis valde exiſtit. Et hoc accit p maioꝛi pte poſt iciſionẽ vngule. Et cura hui⁹ ẽ igenioſe palpebꝛã anguli lachꝛymal' ab albugie eleuare vl' ſepare. ⁊ h fieri dꝫ paulatie ſuauiter ⁊ plane ponẽdo ſpaciũ iter vnã eleuationẽ ⁊ aliã. ⁊ h eleuatio fieri dꝫ cũ ſpatula auri h ẽ cũ iſtro auri hñte latitudinẽ ⁊ planiciẽ in ſui extremitate valde poſitã: ſꝫ h nimie facẽ ðbes: niſi corp⁹ optie mũdificatũ atqꝫ eũatũ extiterit. ita vt oẽm certitudinem inde hẽe poſſis ne apa vel aliq̃ collectio in loco fieri poſſit. Et hoc facto deſup ponere debes oleũ roſatũ factuꝫ cũ oleo amygdalarũ ꝯtinuando donec fuerit liberatus.

Cura ſcði modi.

H

¶ De pilis palpebꝛarum inuerſis. Cap. 6.

INVERSANTVR quãdoqꝫ pili in palpebꝛis: ita vt videantur reuerti ad ſuam radicem: ⁊ intrant in oculis: vnde ſequitur magnum nocumentum. Cura huius eſt corpus multoties: cũ hierapigra mũdificare. Et ſi infirm⁹ fuerit robuſt⁹ ⁊ foꝛtis miſce cũ hierapi-

Cura per medicinalia.

I gra aliqd de collogntida. ⁊ extirpãdo trahe pilos quo-
t ꝗcũqꝫ oriũť. Et ſꝑ poſt extirpationẽ vnge locũ cũ ſãguie
Mod⁹ pri- veſptilioĩs. ⁋ Et ſcire debes ꝙ aliq medicoꝝ hãc egritu
mus curã- dinẽ curãt h̃ mõ. ſ. iuerſando palpebrã v̾ſus ſupiorẽ ꝑteꝫ
di manual' ꝯglutinãdo eã ibi cũ glutine: ita vt nõ redeat donec ſcã
ſit cauterizatio cũ v̾ga auri in radice piloꝝ: tñ a me ñ col
2⁹ modus. laudať cura talis. ⁋ Sꝫ extirpare pilos ⁊ radicit⁹, ipſos
euellẽ: ⁊ d̾ſup ſãguinẽ veſptilioĩs ſic̃ diximꝰ ponẽ cura lau
3⁹ modus. dabil' valde exiſtit: ſic̃ diximꝰ in h̃ caſu. ⁋ Et aliq ſunt q
ĩcidẽdo ſcidũt palpebrã. ſ. cutẽ d̾ſup in radice piloꝝ. Et ꝑ
illã ĩciſionẽ d̾ſup euellũt pilos: ⁊ deĩde ſuũt cũ filo ſubtili
valde crude crete ſete: ⁊ poſtmodũ pili redeũt ad ſtatũ
4⁹ modus. ſuũ vel oriũť mõ d̾bito ⁊ nãli. ⁋ Et aliq ẽt ex chirurgis
ſũt q mirabilẽ curã iuenerũt: ⁊ ẽ iſta. ſ. vt capiať manibꝰ
cutẽ ſbtilis palpebre ſupioris eleuãdo eã ſupiꝰ: ⁊ ponẽdo
eã iter duas petias arũdinis mõ d̾bito ꝑparatas: ligãdo
eas ex vtraqꝫ ꝑte ſtricte: ⁊ dimittať donec putreſiat ⁊ ſe
K gregeť ⁊ ꝯſolideť ꝑ ſe. ꝯſiderãdo tñ ne cutis palpebre in
tm̃ eleueť vt ipa iuerſata poſſꝫ remanẽ. Et attẽdẽ d̾bes
circa cõpl'onẽ ocl'i regẽdo eũ cũ aq̃ ro. ⁊ cũ collirijs factĩ
cũ aq̃ ro. ⁊ d̾foris ponẽdo ſup palpebras empl'ꝫ ex folijs
roſarũ fcm̃: ⁊ dietãdo eũ ſubtil'r donec fuerit liberatus.

⁋ De caſu pilorum palpebrarum. Cap. 7m.

QVANDO h̃ egritudo accidit palpebris curari dꝫ cũ lapide lazuli trito ⁊ puluerizato ⁊ ex eo facto alchool ⁊ oculoꝝ palpebris ponendo quotidie ⁊ rectificando cibum.

⁋ De generatione platularum in palpebris. Cap. 8m.

HE PLATVLE oriũť in palpebris ex ſuperflua humiditate. Cura huius eſt corpus mũdificare ⁊ oculis alchool ponere deſiccatiuũ: ſubtiliando cibum faciens eum declinare ad ſiccitatem.

⁋ De ordeolo in palpebris. Cap. 9m.

L ET PALPEBRIS accidunt puſtule ſiles granis ordei que ex humoribus acutis procreantur. Et cura horum eſt cura puſtularum predictarum.

⁋ De fiſtula lachrymalium. Cap. 10.

HEC EGRITVDO pro maiori parte accidit poſt apa lachrymalis ⁊ aperiť in lachrymali. Quare ſi pigritia ⁊ negligẽtia fuerit in curatione huius corrũpeť os. ⁊ aliqñ rũpeť apa ſeu apitur
intus in naſo ⁊ ideſanies eñať: ⁊ pt etiã accidere ꝙ ꝑdcm̃
Cura. apa rũpiť intꝰ in tunicis oculoꝝ ⁊ ide corrũpũť. ⁋ Cura
ãt huiꝰ ẽ: ꝑ corpꝰ vl'r eũare cũ ſtõmia: ⁊ in purgatiõe ſuffi
ciet ei hierapigra ꝯtinuãdo eã. Et qꝛ hoc foramẽ ſiue fi-
ſtula ſbtile valde exiſtit. iõ tãgi ibi minie pt. Quare in eo-
deꝫ foramie ponẽ d̾bes hoc medicamẽ. ℞. thuris aduſti
triti ⁊ puluerizati: ⁊ diſtẽpeť cũ aq̃ ro. dõec ad ꝑfectã ni
gredinẽ d̾ueniat: ⁊ coleť ⁊ i foramie diſtilleť q̃tidie dõec
libeť. Sꝫ ſi ĩfirmꝰ puer fuerit vl' mulier: tũc thus ĩfra ꝑdi
ctũ cõburi dꝫ addẽdo ei aliqd d̾ pulueꝛ chartaꝝ aduſtaꝝ.
Et ſi patiẽs aſpe ⁊ dure acterreſtris cõpl'onis fuerit: tũc
ꝑdcis medicis addere debes de caligie furni vl' camini
diſtẽperãdo cũ aq̃ ro. ⁊ colãdo vt dcm̃ ẽ: ⁊ ꝯtinuãdo hoc
M medicamẽ donec itegre libeť. Sꝫ ſi ſanies ꝑ nares exie-
rit: tũc ſuccꝰ cẽtauree maioris vl' marrubij vice poſt vicẽ
naribꝰ inijciať dõec exiceť. Et ſi ꝑdcã ſanies d̾ ſub ocl'o
emanauerit foris: q̃ue ⁊ piculoſum eẽ valde indicamus.
Quare eos bis tm̃ ꝑdcis purgare d̾bes. Et ſitꝰ eiꝰ ꝑ maio
re ꝑte eſſe dꝫ capite iclinato v̾ſus ꝑtẽ anteriorẽ. cauẽdo
oĩno ne reiectꝰ iaceat ſiue ſupinꝰ: ne ſanies redire poſſit
ĩde ad cerebꝝ. Et cõprime ocl'ꝫ manu tua vl' digitĩ leniter
⁊ ſuauiť. dõec ſanies tota: ꝑut poſ'e fuerit egrediať faciẽ-
do ocl'o curas ſupraſcriptas. Et d̾ſup ponẽdo empl'ꝫ ſti-
ptictũ ⁊ cõfortatiuũ fcm̃ ex roſis ⁊ balauſtijs tritĩ mixtĩ cũ
aq̃ ro. frãgẽdo ſtipticitatẽ balauſtiaꝝ cũ mucillagine: ſe-
minis cydonioꝝ cõtinuando talia donec fuerit liberatꝰ.

⁋ De carne addita in angulo lachrymali. Cap. 11. N

ET IAM ab antiqs expertũ eſt ⁊ vidieũ eſſe probatum ꝙ apponi alaſſar in oculo: cõfert fiſtule ipſius: ⁊ etiã carni addite in lachrymali. ponẽdo etiã ibidẽ alchool cũ iſtro ſeu ſtilo apto ad hoc deſiccatiuũ ⁊ abſterſiuum. Et qd̾ a me magis laudať. eſt illud qd̾ fit ex ere vſto exercendo illud donec fuerit liberatus.

⁋ De diminutiõe carnis in lachrymali. Cap. 12m.

HEC QVIDEM egritudo accidere põt ex appõne cõtinua medicinarũ acutarũ vel ex inciſione facta ibidẽ cũ ferro. Cuius cura eſt in loco illo ponere emplaſtrũ factuꝫ ex thure maſticato cum penidijs: qm̃ perfectiſſimum exiſtit in hoc caſu.

⁋ De egritudinibus accñtibus in ipſo oculo. Cap. 13m.

HEC QVIDEM egritudines gñal'r grauiores ac duriores ⁊ ꝓfundiores ꝑdictis exiſtũt: ⁊ ex iſtis ẽt aliq̃ ſunt q̃ grauiores alijs eẽ reperiunť. ⁊ certũ eſt ꝙ oculus cõpoſitus eſt ex ꝑtibꝰ diuerſis.
quarũ vna pre ceteris obtinet ꝑncipatũ. ⁊ oẽs alie ſibi
O ſunt ſeruiẽtes: ⁊ ad ſuã vtilitatem total'r ꝑcreate. Et h̃
quidẽ pars ſiue oculus dicať: ſiue ipſius pars noiēť. eſt
illa ꝑs de qua loquiť Gal. Os ſi in eadẽ egritudo ſuꝑue-
nerit: deſtrueť ipſa ꝑs nobilis ſeu ꝑncipalis. Et dꝫ eẽ ex-
cellẽtior alijs ꝑtibꝰ: vel ꝑoritate tpis: vel nobilitate. et
iſtis duabꝰ rõnibꝰ a pl'is vnaqueqꝫ res alijs excellẽs vel
excellẽtior eſſe noiať. ⁊ ſup hoc Gal. edificauit ſuũ ſmo- 5⁹ meta.
neꝫ in hoc caſu. Quare cũ egritudo in iſta ꝑte ꝯfirmať. ſi cta. 16.
aliq̃ de eã in cura error aliqs acciderit eã oĩno icurabi- euſdẽ.
leꝫ eẽ indicamꝰ. ⁋ Et ſcire debes ꝙ ꝑtes oculi ſunt mul cta. 15.
te: ⁊ ſcire atqꝫ cognoſcere vtilitatẽ ſeu operationẽ cuiuſlꝫ
eaꝝ difficile valde tpe Gal. erat i tm̃ ꝙ Gal. in corde ſuo
ꝓpoſuit: nõ reddere rõnẽ ſingul'r d̾ ꝑdcis: nec eaꝝ cãs et
P vtilitates de cl'are in libro ſuo quẽ fecit de iuuamẽto mẽ-
broꝝ: ſꝫ ſolũ d̾ egritudinibꝰ ꝑtractauit: q̃ruꝫ demõſtratiões
erãt maĩfeſte. ⁋ Ergo cũ ſic ẽt illo tpe q̃to mĩnꝰ iſto nõ Cõtra
iueniri debẽt: q cũ ſciãt medici ſint atqꝫ rari q ſtudeãt in dernos
ſciẽtijs: tñ ꝑꝑ intẽtiões q̃s hñt circa ſectas ſeu fides ſuas: tempo
tñ ẽt ꝑꝑ itẽtiões ⁊ ſtudiũ q̃s hñt circa mũdũ. Et tales ſũt
q vituperãt ⁊ diridẽt illos q ſecũ nõ cõmiſceť ⁊ ſecũ nõ
cõmorať in ſuis potionibus atqꝫ cibis: q nõ ridẽt ⁊ tru-
fantur cũ eis atqꝫ q in plateis ſecuꝫ nõ cõmorať. Et qui
per ciuitatẽ ſecũ nõ incedũt eũdo ⁊ redeũdo. Nũc autẽ
rememorari intẽdimꝰ ſub breuitate accñtia q̃ ipſis ocu-
lis hñt ſuperuenire: pretermittẽdo eoꝝ cauſas: ponẽdo
tm̃modo que ad ipſoꝝ curas neceſſaria eſſe probãtur.

⁋ De compoſitione oculorum. Cap. 14m.

OCVLVS ſiqdẽ cõpoſitꝰ eẽ ꝓbať ex diuerſis tu- Idẽ 3⁹
nicis. ꝑꝰ q̃rũ ꝓpe craneũ cõmorať: ⁊ eſt pellicula tij trac.
q̃ſi ſup carnẽ iueſtita. Et poſt illã v̾ſus ꝑteꝫ ante- 1. ⁊ ꝑ c
riorẽ ẽ alia tunica q̃ dꝫ ſcdina: ⁊ poſt illã ſil'r ſeqť retina. get. 17.
Et ſũt ẽt i ocl'o hũores ſeu hũiditates pl'es. q̃ꝝ ꝑncipaliõ Almãſo
⁊ nobilior ẽ grãdinoſa: ⁊ illa ꝑnr iſtrm viſus exiſtit: cui ex c. 8.
ꝑte iteriori v̾ſus craneũ hũiditas vitrea apodiať amplec-
tẽs ipaꝫ circul'r. ex illa ꝑte d̾ferẽs ſibi nutrimentũ atqꝫ
Q pabulũ vñ nutriť. ⁊ hec ipſiꝰ nã exiſtit atqꝫ vtilitas. ⁊ ex
ꝑte exteriori v̾ſus aerẽ albugineꝰ ẽ amplectẽs grãdineũ †Hũor
circul'r. ⁊ ei clipeꝰ atqꝫ tutamẽ exiſtit. ⁊ illd̾ qd̾ circũdat ⁊ dineꝰ ẽ
coopit albugineũ ex exteriori: ẽ tunica vuea hñs colorẽ ſenſus
nigrũ tẽdẽtẽ ad viriditatẽ. †Et poſt ſequiť ex eadẽ ꝑte tu ꝓpriũ.
nica q̃ cornea noiať. ⁊ ẽ coopiẽs atqꝫ circũdãs vueã vn- fit viſio
diqꝫ. Et in exteriori ꝑte poſita ẽ ꝯiũctiua nõ cõprehẽdẽs Idẽ ꝑ
vueã atqꝫ cõneã total'r ex oi ꝑte. Et nũc dimitto h̃ ponẽ gialiũ.
ortũ ⁊ gñationẽ iſtaꝝ: ne meꝰ tractatꝰ nimiũ ꝓlõgeť. Et h̃ 2⁹ coll
manifeſtũ eſt: ⁊ eis ꝯuenire vr̃ chirurgicis ⁊ manibꝰ ope ⁊ bali
rãtibꝰ. ⁋ Dico qdẽ ꝙ humor grãdineus ẽ radix ⁊ ſubie- bas th
ctuꝫ ſenſus viſus recipiẽs ſpũm viſibilem per neruum ce ſue
obticũ veniẽtẽ a cerebro. ⁊ vnuſqſqꝫ oculus habet duos ca. 12.

A nernos venientes a cerebro: ⁊ inde oriunt̃ ⁊ ſunt ambo obuiãtes ſe in via: ⁊ poſtea diuidunt̃ abinuicē. Et cuilibet oculo ꝓtendit̃ neruus qui tele retine cõiungit̃: q̄ eſt circũdãs vitreũ. Et iſte neruus poſtmodũ diuidit̃ ⁊ ſpargitur ⁊ extendit̃ ⁊ ſubtiliat̃ ⁊ ꝯiũgitur cũ venis pulſatilibus ⁊ nõ pulſatilibꝰ ex quibus eſt retina cõtexta ꝓcepto diuine ꝓuidẽtie. Et quilibet neruus ex iſtis neruis quãdo ſpargit̃ ⁊ extendit̃ h̃ꝫ operimẽtũ defendẽs ipſũꝫ a nocumẽtis: ſicut tunice vaſis apponunt̃: ⁊ ſunt ẽt ſuſtẽtacula ſuſtinẽtia ipſo⁊: ſicut fibule ponunt̃ in manubrijs cultello⁊. Et tunica q̄dẽ vuea vue aſſimilat̃: habẽs foramẽ vnũ a quo lux extra emanat. Et ſub iſta eſt humor albugineus ſił cũ ſpũ q̄ ſpũs tendit ab humore grãdinoſo ad tunicã corneã. Et dicte tunice ⁊ humores oẽs ſunt d̃fendẽtes grãdineũ a nocumẽtis. Et cũ dico ſpũs: itẽdo ſpiritũ viſibilẽ: q̃uis q̄libꝫ aer valde ſubtiliatꝰ ſpũs poſſit nominari ſ̃ꝫ ſniaꝫ medico⁊: ⁊ nõ loquor de ſpũ ſ̃ꝫ ſniaꝫ dialetico⁊. ⁊ iſta dixi de ſpũ vt ex equocis minime poſſit errari. Nũc ſequit̃ tractare de ꝓprijs egritudinibꝰ oclo⁊.

B

## De puſtulis ⁊ paruis apatibus oculorum. Cap. 15m.

PVSTVLE ⁊ parua apata q̄ oculis accidunt ꝓ maiori parte rubea exiſtunt. Sed puſtule q̄ in cornea ꝓcreantur ad albedinẽ tendunt: ⁊ generatur ibi. ſ. in cornea ſanies ſicut fit in alijs mẽbris cauſa alicuius puſtule. Et poteſt etiã euenire ex corroſione. Et fit diuerſificatio in puſtulis paruis: ſ̃m diuerſitatem ſuarũ ſpecierũ. hoc eſt in duricie ⁊ mollicie: qm̃ duricies ſeu dura puſtula eſt: q̃n procreat̃ ſub pãniculo tertio: ⁊ mollis q̃n ſub p̃mo oritur. Sed puſtula que ſub cornea oritur: ſi nõ eſt in directo pupille: nõ h̃ꝫ viſũꝫ remouere. Sed ſi in directo fuerit viſum remouet: atq̨ꝫ priuat omnino: ⁊ laniatur cornea atq̨ꝫ oculus exterius eminet.

## De variolis oculorum. Cap. 16m.

VARIOLARVM quedã ſunt parue quare cura earuꝫ leuis exiſtit. Et q̄dam magne: quarũ cura difficilis exiſtit. Quedã medie exiſtũt: ⁊ fortior ex ſpeciebꝰ iſtarũ eſt illa q̄ eminet in tñ ꝙ tãgit pilos palpebrarũ exterius ⁊ capiti clauuli ſimilat̃ ⁊ iſtius cura ĩpoſſibilis exiſtit. Sꝫ ſi parua fuerit erit poſſibilis h̃ cura eius.

C

Et ſcias ꝙ dñia eſt inter variolã ⁊ puſtulam: qm̃ variola albedini pertinere vr̃: ſed puſtula in ſui radice nullã albedinẽ vr̃ hẽre. Et iterũ ex variola poſſe ẽ vt pupilla torqueat̃: ⁊ a ſua exeat rotũditate. Quare ſi parua fuerit tortura: ſufficit tibi in cura collyriũ roſarũ: ſiue ſief roſarũ fricatũ ſubtiliſſime cũ albugĩe oui: ⁊ ponat̃ in oculo gutta poſt guttam. Et ſubtilia regimẽ: ⁊ purga corpus cũ eo qđ conuenit. Et qđ magis laudat̃ in purgando caput eſt hierapigra ſola ſi corpus fuerit debile ⁊ tp̃s obuiauerit: ſiue nõ fuerit aptuꝫ purgationi et hierapigra cũ collogntida ⁊ medulla amygdalarũ ſi corpus fuerit debile ⁊ tp̃s tẽperatuꝫ magis ceteris collaudat̃: ſed attẽde ꝙ ante purgationẽ incipere debes a flõmia baſilice ſi corpus robuſtuꝫ fuerit extrahẽdo de ſanguine in quãtitate magna. ⁊ ſi debile fuerit: ⁊ tp̃s nõ fuerit tẽperatũ. minue ex cephalica trahẽdo ĩ modica quãtitate. Et cõuenit in hoc caſu iſtud ſief. qđ. ℞. ſemis roſa⁊ ⁊ corticis ſubtilis gñno⁊ pini ⁊ caude eq̄ne. ań. auř. v. licij ⁊ croci. ań. ℥. j. ſarcocolle. ℥. ſ. ſemis cydonio⁊ q̄rtã ꝑtem põderis totiꝰ p̃dicte receptiõis. piſtent̃ optime ⁊ cribellent̃ ſubtiliſſime vnaqueq̨ꝫ res ſigillatim ꝑ ſe. demũ plures ſimul reducant̃ ⁊ ſub aqua roſata cooperiant̃ ⁊ ꝑmaneãt in ea ſic. iiij. horis: ⁊ malaxa optime: ⁊ deinde ꝑmitte ſic q̄ſcere ⁊ aq̄ roſata clara q̄ ſupnatabit remoueat̃. ⁊ qđ ſpiſſum eſt ⁊ turbidũ in vaſe vitreo recondat̃ ⁊ ꝑmaneat ſic donec induret̃: ⁊ tũc informent̃ grana ad modũ ſemis coriãdri: ⁊ cũ neceſſe fuerit diſſoluant̃ cum

D

E

albugine oui ⁊ in oculo diſtillet̃. terreſtreitas v̾o ⁊ groſſicies illa q̄ remãſit a turbido ⁊ ſpiſſo p̃dcõ in fundo vaſis iterũ piſtet̃: ⁊ cũ aq̄ roſata miſceat̃: ⁊ ſup̱ folia vitis extẽdat̃ ⁊ clauſo oculo d̃ſuper emplaſtret̃. Et in ſumma dico ꝙ cura iſtius eſt ſubtiliare regimẽ cõtinuãdo donec fuerit liberatus.

Et ſcias ꝙ q̄libꝫ variola q̄ in vuea orit̃ curabilis exiſtit: ꝑter illam que capiti clauuli ſimilatur.

*Dis variola vuea curabil' ē ꝑter illaꝫ q̄ capiti clauí aſſilat̃.*

## De dilatatione pupille ⁊ eius conſtrictione. Cap. 17m.

HEC QVIDEM egritudo. ſ. dilatatio pupille ⁊ eius cõſtrictio maxime pueris h̃ꝫ euenire ꝓp̱ fletũ eo⁊: ſed poſſe eſt ꝙ cõſtrictio ipſiꝰ ſit nãlis: ⁊ illud tũc eſt valde bonũ: eo ꝙ ſpũs viſibilis coadunat̃ ⁊ ſimul ꝯſtringit̃ ⁊ nõ in exitu diſgregat̃: ſed cũ ſimul multus inde cũ fortitudie exit. Et dilatatio quideꝫ iterũ accidit vel accidere p̃t ex cõcuſſione ſeu ꝑcuſſiõe: aut ex multa retẽtione anhelitus ſicut accit mulieribus in partu. Sꝫ quãdo dilatatio eſt innãlis: curatione indiget. ⁊ hoc cũ ſief ſibi ꝯuenientibꝰ ⁊ cũ alchool. Et attẽde ꝙ diuerſificat̃ cura rõne etatis ⁊ ſexus: qm̃ cura infantiũ et mulierũ eſt cũ ſief ⁊ ſenibꝰ: ⁊ his q̄ ſunt in vltima iuuentute cura fit cũ alchool deſiccatiuo. Et ſief infantiũ ⁊ mulierũ ẽ h̃. ℞. ſucci corticis g̃nato⁊. ℥. j. ſcedenegi indi. auř. iiij. mãdragore: camomille: ſeminis lini. ań. auř. iij. croci. auř. ſ. ſeminis cydonioꝛuꝫ. ℥. j. pſilij. S. i. Terant̃ ſpecies ſubtiliſſime ⁊ cribellent̃ per pãnuꝫ ſpiſſum. deide miſce hũc puluerẽ cũ ſucco p̃dicto corticũ granato⁊. ⁊ cũ. ℥. v. aq̄ roſate. ⁊ cũ auř. x. ſucci menithe optie colati: ⁊ pone ad lentũ ignẽ: ⁊ d̃coque donec ĩſpiſſent̃ ad modũ paſte: ⁊ fac inde pillłas ad modũ ciceris: exiccent̃ in vmbra: et cũ neceſſe fuerit diſſoluat̃ vna cũ lacte mulieris recẽter mulſo: ⁊ ponat̃ quotidie gutta poſt guttã in oculo.

*Dilatatio ocłi ſẽp̱ ẽ mala: ꝯſtrictio v̾o nõ. Idẽ 4° de acci. ⁊ mõ. c. 2. ⁊ 2°. c. c. 3°. fo. 40 et 3ª tertij trac. 4. c. 15. vide ibi*

F

*Dña inter ſief ⁊ alchool.*

*Cura.*

Sꝫ ſi cũ hac egritudine apa fuerit: incipere debes a flõmia ⁊ a purgatiõe ſi etas nõ obuiauerit: ⁊ v̾tus fuerit fortis ⁊ tp̃s ꝯueniens extiterit: ⁊ q̃n ſic eſt: de baſilica extrahere debes ⁊ in quãtitate magna. Sꝫ ſi virtꝰ fuerit debilis et tp̃s ineptuꝫ fuerit: tũc de cephalica minuere debes: ⁊ in modica quãtitate. Collyriũ cõpetẽs illis q̄ ſũt in vltia iuuẽtute ⁊ ſenibꝰ: ⁊ ẽt q̄ in ſenio ſunt cõſtituti. ℞. antimonij abluti: ⁊ thucie ablute: lapidis ematiꝫ: lapidis lazuli et margaritarũ: ⁊ floris balauſtia⁊. ań. auř. v. vnũqđq̨ꝫ ꝑ ſe ſigillatiꝫ optime terat̃ ⁊ cribellet̃ ſubtiliſſime ⁊ miſceant̃ malaxãdo oĩa cũ aq̄ d̃coc. iiij. auř. floris myrtelle ⁊ ſemis cydonio⁊ ⁊ croci ⁊ ſemis roſe canine. ań. auř. iiij. ⁊ fenugre. ⁊ viol. ań. auř. ij. oĩa p̃dcã ꝯquaſſent̃ ⁊ bulliant̃ ĩ duabus libris aq̄ lẽto igne: donec ad vnã librã veniat: ⁊ colent̃ ꝑ pãnũ ſpiſſuꝫ valde: ⁊ cũ hac d̃coc. miſcere debes malaxãdo puluerẽ p̃dictarũ rerũ: poſtmodũ exiccent̃. ⁊ iterũ cũ p̃dcã d̃coc. miſceant̃ ⁊ exiccent̃. ⁊ hoc d̃cies fieri dꝫ: ⁊ deide exiccent̃ ⁊ terant̃ ⁊ cribellent̃ ſubtiliſſime: et de iſto puluere diſtẽperato cũ aq̄ roſ. in oculo dꝫ poni mane ⁊ ſero donec fuerit liberatus. Et h̃ puluis nõ ſolũ ꝯfert illi q̄ dilatationẽ pupille patit̃ ab egritudine. verũ ẽt q̄ eã habuerit a nã. Sꝫ ſi cũ dilatatiõe fuerit apa. prio euãre debes corpꝰ cũ flõmia: ⁊ poſtmoduꝫ cũ laxatiſ: ſic p̃diximꝰ emplãndo oculũ deſup̱ cũ floribꝰ roſarũ recẽtiũ vice poſt vicẽ: vł cũ coto nouo madefacto in aq̄ ro. optima ⁊ odorifera valde: dõec ſedatũ fuerit apa. Et poſtea vteris collirio ſeu puluere ſenibꝰ: ſief pueris ſicut p̃diximus. Et ꝓ certo hẽc d̃bes ꝙ ſi negligẽtia ĩ cura extiterit ꝓ maiori parte ad deſcẽſuꝫ aque in oculũ h̃ñt deuenire.

*Cura facte cum apate.*

G

H

## De deſcenſu aque ad oculum. Cap. 18m.

ET SIGNA deſcenſus aque ad oculuꝫ ſunt diſgregatio viſus: ⁊ ꝙ apparent ante oculos ipſoruꝫ quaſi muſce volantes vel cimices: ⁊ hec vniformiter eis apparent: tã ieiuno ſtomacho q̃ꝫ repleto. Et hec aqua generatur ex fumoſitatibꝰ ⁊ vaporibꝰ aſcẽdẽtibꝰ a

I ſtomacho ꝛ corpore ſuperius ſucceſſiue vice poſt vicē:
ꝛ ſimul coadunātur ꝛ cōuertunt̄ in aquā. ſicut manifeſte
apparet in balneo ꝙ ex vaporib⁹ a fumoſitatib⁹ reſolu-
tis ſit aſcēſio ad ſupficiē. ꝛ ibi cōgregant̄ ꝛ in aqua ꝯuer-
Cura pri- tunt̄ q̄ inferius guttatim cadit. ¶ Et ꝯuenit tibi in cura-
mi modi. tione huius egritudinis vt ſis ſtudioſus in purgando cor
pus cū medicinis laxatiuis: ꝛ non ſufficit tibi purgatio
facta in hoc caſu cū hierapigra ſolū: niſi cū ea miſceat̄
aliqd de collogntida ꝛ aloe ꝛ ſemine feniculi ꝛ in arabi-
co dī beſbeg: ꝛ ſale ꝛ maſtice ꝓ confortatione ſtomachi.
Sed ſi virtus fuerit fortis ꝛ tp̄s ꝛ etas cōueniēs extite-
rit. incipe debes a flō mia: ꝛ poſtea p̄dicta purgatio ſub-
ſequi dꝫ. Et in ſumma dico ſcire debes ꝛ minime oblitio
ni tradere ēt ſi egritudo regnat ꝛ fortis exiſtat virtus et
tp̄s ꝛ etas coadiuuauerint vt nullatenus flō mies corpe
ſtiptico exiſtē. Quā ſi feceris ad incōmoda ꝛ nocumēta
mlt̄a infirm⁹ poterit ꝑuenire. Quare in tali caſu ꝑuenire
debes adiuuādo eū cum reb⁹ mollificatiuis. Et cū dico
K mollificare: nō intelligo relaxare. cū hoc nomē equiuo-
Dr̄ia inter cū exiſtat. ¶ Et tibi cōuenit ſcire ꝙ mollificare ſtoma-
mollificar̄ chū ꝛ inteſtina: nō eſt idē qđ purgare: ſicut in hoc multi
ꝛ purgare errauerūt credētes ꝙ purgare ꝛ mollificare idē exiſtat:
quā ꝑ mollificare intēdimus id qđ educere hꝫ feces lubri
ficādo q̄ in ſtomacho ꝛ inteſtinis reperiuntur: ſicut mer-
curialis oleo cōdita facere nouit: vel īcidendo ꝛ abſter-
gēdo ꝛ aperiēdo ſicut fit cū almuri facto ex farina ordei
vel frumēti: vel incidēdo ſolū ſicut cū aceto ſolo. ꝛ ſina-
pis ēt feces ꝛ ſupfluitates ſtomachi ꝛ iteſtinoꝝ educere
p̄t. ꝛ ꝓ tāto talia minime purgare dr̄: quā purgare pro-
Regimen prie dī expulſio facta a medicina cū electiōe. ¶ Et ab-
ſtineat a ꝯrijs oīno: ꝛ ciba eum pullis aſſatis cū modico
pane optime fermētato comedēdo parum: ꝛ in ſero ad
L cenā. ſ. minime comedat: ꝛ comedere pullos elixos cum
Idē ſup̄ in brodio in hebdō a tantū ſemel nō nocet. Et ſi cocti fuerint
caplō ō cō cū rapis donec diſſoluant̄ cōferūt: quā rape oculis non
ſeruāda ſa modicā ꝓprietatē hēre cōprobant̄. ꝛ multoties firmiter
nitate. aſpicere in oculis ſilueſtris aſini expertū eſt atq; certum
mirabilr̄ eis valere. Et iterū rememorati fuerūt optimi
ex medicis antiquis ꝙ inclinare faciē apertis oculis ſup
decoctionē croci eis cōferre ꝓbatū eſt miro mō. ꝛ ſi con
tinuabitur hoc multoties: poſſe eſt vt ille vapor inde diſ
Cura ſcđi ſoluat̄ ꝛ liberetur oīno. ¶ Sed poſtq̄ facta eſt deſcēſio
modi. aque in oculū nō eſt laborandū: tunc circa eū donec coa
guletur ꝛ digerat̄ ꝛ ad terminū mediocrē inter ſubtilitatē
ꝛ groſſiciē deueniat. Et poſtq̄ digeſta fuerit: ꝛ ad termi-
nū ꝯuenientē deuenerit: tūc artifex laborare dꝫ in ex-
trahēdo ipſā poſt purgationē vlē m totius corporis et
partialē capitis. Et eſt neceſſe vt hic artifex in hoc ſit
aptus ꝛ ſubtilis valde: ꝛ multoties expertus: ne in hac
operatione aliquā leſionē inferat alijs partib⁹ oculoꝝ.

¶ De extractione cataractarum ab oculis. Cap. 19m.

M OPORTET qdē vt extrahat̄ cataracta poſt
Vide 2°. c. ipſius ꝑfectā digeſtionē ꝛ coagulationē: quoniā
c. 3°. fo. 42. ſi ante feceris redibit aqua vt prius. Et cū dico
col. 2. duos extrahere cataractā intellige ſane ꝙ īpoſſibile
caſus in q- eſt eā extrahere ſicut multi crediderūt: ſed ꝓfundat̄ cū
bus abſti- acu inferius in ſpiſſitudinē oculi. Et facta ꝓfundatione
nēt opꝫ a ipſius extrahat̄ acus de oculo. Et poſtmodū debet eſſe
tali extra- infirmus in loco remoto ꝛ quieto cū oī abſtinētia ab oī
ctiōe. ꝛ ter opatiōe ꝛ exercitatiōe ꝛ ab oībus q̄ aliquā grauedinem
tia tertij. facere pnt. ꝛ ſic poſſibile erit vt liberentur complete.
trac. 4. c.
20. ꝛ. 7. col

¶ De cōſtrictione pupille nālis ꝛ nō naturalis. Cap. 20m.

liget. 38. ET SCIRE debes ꝙ conſtrictio pupille natu-
Sup̄. c. 12 ralis ꝛ a natiuitate eſt laudabilis ſicut p̄diximus:
hui⁹ trac. eo ꝙ ꝯfert viſui coadunādo ſpiritū viſibilem: ꝙ ſi
poſt natiuitatē hꝯuenerit egritudo: aut erit ex ſic-
citate dn̄ante ibidē: vel ex humore aliquo acuto locum
illum deſiccante: ſicut apparet in pellibus ſeu corijs ꝑ-
foratis: qa quādo exiccant̄ corrugant̄ ꝛ cōſtringunt̄ fo-
ramina. Et ſiccitas qdē accidētalis huic mēbro accidit:
ſicut oībus alijs mēbris gn̄alr̄ accidere pōt. Et quādo ac
cidit in quocūq; mēbro fuerit difficilis exiſtit curatiōis:
ꝛ q̄ſi īpoſſibilis: ꝛ niſi hoc eēt: poſſet artificialiter curui-
tas in ſenib⁹ remoueri. Sꝫ laus ſit ꝛ gloria altiſſimo crea
tori q poſuit hoc eē īpoſſe ad certitudinē ſignificationis
ſenectutis. Quare medicus cōtētus eē dꝫ in humectādo
ſolūmodo tm̄ vt nālis ſeu radicalis humiditas ꝯſeruari
poſſit: ꝛ vlterius minime poſſit exiccari. ¶ Colliriū ꝯue
niēs huic. ℞. violarū buglosse. ana. ℥. j. nenufar ptes tres
vni⁹. ℥. oīa hec ponant̄ in aq̄ pluuiali vl̄ in aq̄ dulcis fon
tis ꝛ in ꝯueniēti vaſe: ita vt optime ſubmerſe ſint ſub aq̄
ꝛ illō vas in altero vaſe maiori pleno aqua ponat̄: ꝛ ad
ignē bulliat tandiu donec aq̄ colorē mutauerit: ꝛ p̄dicte
res talr̄ ſint diſſolute: vt ad modū paſte deueniant. Et
poſtmodū extrahant̄ ꝛ piſtent̄ fortiter ꝛ ponant̄ in pā-
no dēſo ſubtili ꝛ fortiter exprimant̄ in parapſide vitrea
ꝛ mūda valde. exiccet̄ collatura illa in vmbra: ꝛ poſtmo
dū īformet̄ grana ad modū coriādri. ꝛ cū neceſſe fuerit
diſſoluant̄ cū albumine oui colūbe ꝛ in oculum mane ꝛ
ſero diſtillent̄. Et hoc colliriū mlt̄ū vtile exiſtit mlīerib⁹
pueris ꝛ ſenib⁹. ¶ Sꝫ oīno ſiccitatē remouere īpoſſe eē
dicim⁹. Sꝫ humectabit̄ mēbrū ad ſuā nālē humiditatē
ꝯſeruādā. ꝛ iterū albumē oui colūbe cū viſcoſitate gūmi
arabici in oculū diſtillatū confert ſimiliter in hoc caſu.

¶ De debilitate viſus ex penuria ꝛ paupertate ſpirituū viſibilium procedente. Cap. 21m.

HEC QVIDEM egritudo pro maiori par-
te ſenibus accidere cōſueuit ꝛ coitu ſupflue vtē-
tibus. Et illis qui aſſidue firmiter in ſole aſpiciūt
vel in locis multū radioſis: aut ſupflue ſplendentibus.
Et cura huius eſt cōtinue comedere oua colūbarū de-
cocta cū rapis: aut vitella ouoꝝ gallinarū elixata in aq̄
comedere cū ſale. Et iterū in hoc caſu cōfert comedere
pullos colūbarum ſilueſtriū abſq; capitibus ꝛ collis co-
ctos cū rapis. Et galline etiā cū p̄dictis pullis ꝛ rapis
decocte cōueniētes in hoc caſu exiſtūt: abſq; collis ꝛ ca-
pitib⁹ ſuis: eo ꝙ capita iſtoꝝ ꝓprietatē ꝓbant̄ hēe in fa-
ciēdo cecitatē. hoc eſt nō videre poſt occaſum ſolis om-
nino: ſicut cerebra ipſoꝝ p̄dictoꝝ ꝓprietatem hēe dr̄ in
augēdo ſeu mlt̄iplicādo itellectū. Et ius etiā p̄dcōꝝ pul
loꝝ colūbarū ſilueſtriū ꝛ gallinarū p̄dictis ꝯferre dicit̄.
Et comedere etiā grana pini cōquaſſata ꝛ poſita in ſuc-
co maloꝝ vtilia ſunt in hoc caſu. Et p̄cipue eis vt multo-
ties odorēt mala odorifera: quā multum cōfert eis. Et hꝯ
ſunt ea que augent ſeu multiplicant viſibilem ſpiritum.

¶ De conſtrictione nerui optici. Cap. 22m.

HEC QVIDEM egritudo accidit ex humo
re groſſo ꝛ viſcoſo oppilante ipſum foramen ſeu
canalem ipſius nerui: vnde ſpiritus viſibilis hꝫ
pertranſire: vel ex concuſſione vel percuſſione ipſum
conſtringente ſeu obturāte. Qđ ſi oppilatio parua fue-
rit. ſequitur inde debilitas viſus: ꝛ ſi magna ꝛ completa
fuerit: omnino patiens efficitur ſine viſu: ꝛ ſignū huius
egritudinis eſt: qꝛ ſi cōpreſſeris digitū ſup pupillam infir
mi: pupilla alterius minime dilatat̄. Et poteſt etiā acci-
dere ꝙ oppilō erit in loco interſecationis vnius nerui
ſup alterū: ꝛ tūc in ambob⁹ oculis viſus ex toto amittit̄.
Et ex hoc admirant̄ medici ꝙ in vna hora priuat̄ viſus: ꝛ
ex toto amittit̄ in ambob⁹ oculis. Sed nō eſt admiratio
illis q ſciunt anothomiā: quā iſti duo nerui oriunt̄ a cere-
bro ꝛ extēdunt̄ ad anteriora: ꝛ in medio frōtis ꝯiūgunt̄
ꝛ vniunt̄: ꝛ ibi interſecant̄: quare ſi oppilatio fuerit in lo-

A

co interſecationis ⁊ vnionis ipſoꝛ adinuicē fiet perditio viſus in ambob⁹ ex toto ſimul ⁊ ſemel. ¶ Et de hac egritudine dicit Gal. ꝙ eſt ipoſſe ad ſanādū. ¶ Sed mihi videt ꝙ flōmia cephalice: ⁊ purgatio corꝑis toti⁹: ⁊ capitis: ⁊ epithimare caput cū coto madefacto in oleo ro. ⁊ lilioꝝ: ⁊ anheti mixtis ⁊ tepidis optimā faciēt operationē i iſto caſu. Et diſtillare ēt p̄dicta olea calida ex alto ſup capitis ꝑtē anterioꝛē ꝑ ſubtilē cānulā nō modicū cōferre vi. Sꝫ in p̄ncipio oppilōnis ꝯferre dicimus multū oleū roſatū: quo renouate fuerint roſe recētes pluřib⁹ annis. Et cibi eoꝝ ſint ſubtiles: ⁊ qui habēt ſtomachū ⁊ inteſtina ipſoꝝ mollia ꝯſeruare: ⁊ lubrica retinere: ⁊ exerceas i iſtis toto poſſe: qm̄ iuuare poteris ſi oppilatio fuerit ōbilis. ¶ Et poſſibile ē etiā ꝙ p̄dicta oppil'o fiat ex apate: q̄re ex p̄dictis diſſolui pōt: ⁊ inde videbis ꝑfectū iſtius cure ſi aliqd de viſu remanſit: ⁊ oppilatio nō fuerit ex toto cōpleta ⁊ cōfirmata. Oꝫ ſi fuerit oppilatio ex toto firmata ⁊ cōpleta: ⁊ ex toto viſum amiſerit: tunc deſperat⁹ ſiꝫ ſicut Gal.

B

Sed cū hoc toto abſtinēdum eſt a cōtrarijs: ⁊ nō ſolū in iſta egritudine. verū etiā in oībus totius corpoꝛis: qm̄ in egritudinib⁹ pedum abſtinētiā ſeruamus. Quāto magis in iſta cuius ſanitas tam neceſſaria exiſtit. ¶ Et ſcire debes ꝙ oīa acuta hn̄t caput replere ex vapoꝛib⁹ ⁊ fumoſitatibus: ſicut ſunt cepe: ⁊ allea: ⁊ his ſimilia. quare viſui potiſſime nocent: ⁊ materia omnino exiſtunt cecitatis.

¶ De humiditatibus oculoꝛum. Cap. 23[m].

DIMINVTIO viſus in oculis multarum eſt ſpecierū q̄ fit in humiditatibus: ſeu in humoꝛib⁹ oculoꝝ. Et diuerſificant̄ in groſſitudine ⁊ ſubtilitate: ⁊ in qualitate ⁊ quantitate: qm̄ poſſibile eſt vt ingroſſentur predicti humoꝛes vltra debitum ſue nature: vel ſubtilientur aut multiplicetur in quātitate in eis humiditas accn̄talis: ⁊ inde viſus ꝑturbat̄ turbatione leui.

C

Et cū dico igroſſatio vel ſubtiliatio: aut exceſſus in quātitate aut qualitate: non intelligo vt ſit elongatio in his ſuperflua multū a nāli diſpōne: ſed ꝙ incipit fieri elongatio: qm̄ quādo exitus a nāli diſpōne in p̄dictis fuerit cōpletus atq; firmatus: tunc cura difficilis valde efficitur: q̄a dr̄ia nō modica exiſtit inter rem q̄ incipit igroſſari: et eā q̄ iaꝫ eſt ingroſſata atqꝫ firmata. Et medicus ꝑ ſe cognoſcere opꝫ ſigna iſtarū rerū ex accidētib⁹ īfirmo ſupueniētib⁹: ⁊ ſtudeat toto poſſe vt infirmus ad priſtinā ⁊ naturalē redeat diſpōneꝫ remouēdo accn̄tia innālia oīno. ¶ Et iſta q̄ dicta ſunt ſufficiūt illis ſolūmō: qui diu in p̄dictis egritudinib⁹ ꝑ ſe plīb⁹ vicib⁹ opati ſunt: vel illis qui lōgo tp̄e ſtuduerūt in logica ⁊ in ſcia nāli. ⁊ expti ſunt in cognitiōe rerū gn̄abiliū ⁊ coꝛruptibiliū ⁊ hꝫ: ⁊ cuꝫ p̄dcis ſe iuuabūt: ⁊ nō abbreuiaui hūc tractatū nō ponēdo ꝑticularia ꝯueniētia in hoc: niſi ne mlt'ū ꝓlōgaret̄ ſermo in ipſo. Et q̄uis opatiōes manuales oēs ꝑticul'r itegre ⁊ ꝑfecte cognoſcā: q2 tm̄ ex ſola viſiōe alicui⁹ vulneris anim⁹ me⁹ debilitat̄ in tm̄ ꝙ ad imēſaꝫ ſyncopiꝫ deuenio. Ideo hunc tractatū abbreuio p̄dicta particularia omittēdo.

¶ De egritudinibus que ſūt in nutina ſeu albedine oculoꝛum. Cap. 24[m].

D

ET ACCIDVNT in albedine apata: ſicut in alijs membꝛis accidere cōſueuerunt: ⁊ cura huius eſt in pricipio flōmia: ⁊ ſubtiliatio regiminis ponēdo in oculū aquā roſatā in qua ſteterint in mollia licium ⁊ ſemina cydonioꝝ tādiu donec aqua coloꝛē mutauerit: ⁊ poſtmodū colet̄ ⁊ miſceatur cū ea aqua albumen oui: et deinde in oculum quotidie diſtillet̄ donec liberetur.

¶ De inflatione cōiunctiue abſq; apate. Cap. 25[m].

ET ACCIDIT hec egritudo coniunctiue ⁊ ꝓ maioꝛi parte ſenibus ꝓpter debilitatē ſui caloꝛis innati: ⁊ fit etiā ex pūctura muſce: vel alterius ſibi ſimilis. Et cura huius eſt ponere cotum vel peciam lini madefactaꝫ in hac decoctione, que. ℞. floꝛis camomille ⁊ ſeminis lini. an̄. au'r. j. aqua. ʒ. ij. decoquatur vſqꝫ ad cōſumptionē quarte ꝑtis: ⁊ colet̄: ⁊ in illa colatura apponantur de albumine oui au'r. ij. optime miſcēdo: ⁊ diſtilletur in oculo quotidie gutta poſt guttā ea exiſtēte tepida: deinde cotum madefactū in eadem deſuper ponat̄.

E

¶ De taſſa que eſt gutta rubea que fit in albedine oculoꝛum. Cap. 26[m].

FIT ETIAM hec egritudo in coniunctiua. ſ. macula rubea: vel gutta rubea ex percuſſione panni vel ſibi ſimilis. Et cura huius eſt flobotomia cephalice ſi infirmus poterit ſuſtinere ⁊ flobotomare pullū columbarum ſub ala: ⁊ illum ſanguinem calidū diſtillare in oculum quotidie donec fuerit liberatus.

F

¶ De granulis generatis in albedine oculoꝝ. Cap. 27[m].

HEC ETIAM granula in albedine generant̄ ſicut in pupilla ⁊ in alijs partibus oculi fieri conſueuerunt. Et cura huius eſt flobotomare cephalicam in principio: ⁊ purgare coꝛpus ipſius cum hierapigra. Et poſt infundere ſemina citruloꝝ in aqua roſata ⁊ ipſam tepidam quotidie in oculum diſtilla. Et ſi poſt quatuoꝛ dies in oculo aliquid remanſerit in predicta aqua roſata miſcebis aliquid licij ⁊ croci: ⁊ quāto vetuſtioꝛ fuerit egritudo: tanto magis addes de licio ⁊ croco: ⁊ quanto diminuitur egritudo: tanto minus de croco ⁊ licio. Et quod minus de his poni debet eſt vt in. ʒ. predicte aque ponas de vnoquoqꝫ octauaꝫ partē au'r. j. Et ſi multum pꝛolongaretur egritudo: nō nocet addere aliquid de myrrha. Et poſtq̄ꝫ egritudo incipit declinare ⁊ remanet in oculo de ſpiſſitudine granuli ⁊ de coloꝛe ipſius: vtere abſterſiuis ⁊ mūdificatiuis q̄ ſint abſqꝫ moꝛdicatione. addendo aliqua q̄ hn̄t oculum ꝯfoꝛtare. Et ſi

G

